



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De gemina sacerdotis potestate & duplici claue cap. 3.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

Compendium

mirabili à peccatis absoluendi fulgent potestate.\* Sexto. Perpetuae continentiae voto tenentur. Quibus omnibus Christo primo Sacerdoti efficiuntur similiores, qui puritate, sanctitate, & excellentia enituit maxima.

*De gemina sacerdotis potestate,  
& duplici Classe.  
Cap. III.*

**I**N Sacerdote Evangelico duplex potestas reperitur, Ordinis, & iurisdictionis.\* Prima ad verum Christi corpus conficiendum altera ad mysticum ordinatur, scil. ad regimen & fidelium utilitatem. Illa est in quolibet Sacerdote, hæc in primo duntaxat, in aliis enim non nisi quatenus à primo sūt delegati reperitur. Potestas à peccatis absoluendi est ordinis, quia tamen ad eius usum est

necessaria iurisdictio, appellatur etiam potestas iurisdictionis. Est vero illa vna Clavis Ecclesie quæ dicitur Clavis iurisdictionis, præterquam est & alia quæ appellatur Clavis scientiæ, ad examinandum & interrogandum pœnitentem.

*Quid excommunicatio sit.*

Cap. IIII.

**E**Xcōmunicatio est \* ecclesiastica cēsura, qua homo Christianus communibus fideiū bonis priuatur. Dicitur \* Ecclesiastica censura, quia est pœna, correctionis causa, Ecclesiastica, non laicali auctoritate instituta. \* Homo Christianus: non baptizatus enim hāc pœnā minimè incurrit. Priuatur tribus cōmunibus fideiū bonis: exteriori videlicet cōuersatione, sacramētorū participatione,